

celebratorum remediorum. Quid ergo impediatur, quominus operandi Materiâ vel obiecto, ab antiquorum & recentium recta medendi regula non recedere putetur Chymicus? Est & operandi modus penitus idem, paucis exceptis: quæ & ipsa tamen cognita fuere antiquis, & quâuis rariùs, vsurpata: ut Forma quoq; Chymix, medicorum Græcorum legibus non repugnet. Maior consensus externarum caussarum est. Idem Finis, Remedium scilicet, in medicæ curationis scopum ingeniosè fabricatum. Eadem Efficiens causa: primaria quidem, Medicus, peculiari Chymistæ seu Pharmacopœi nomine vulgo cognitus: secundaria verò, quæ ad rem præparationû requiruntur, cætera. Quicunq; ergo eodẽ agendi Modo, certam constitutamq; Materiam, eiusdem Finis gratia formandam aggrediuntur, an villo legitimi discriminis honesto prætextu diuulsi inuicem putandi sunt: ut cum ad eundem scopum collineent, illius tamen compotes non fiant, nisi partibus huius vel illius sectæ, nominis tenus duntaxat diuersæ, adhæserint? Est qui-

qui-